Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



adiutoriū puentionis. Sequitur. Et dixit ad me. Hoc gabophilatiū quod respicit
uia meridiana sacerdotū est. quia excubant in custodiis tēpli. atq; mox subdit. Porro gabophilatiū quod respicit uia aquilonis sacerdotū erit. quia excubant
ad ministeriū altaris. In quibus uerbis pus nobis querendū est quisnam maioris
ordinis sacerdotes quia in custodiis excubant tēpli. an hi qui in ministerio al
taris. si; qui paulo post subdit. altare erat ante faciē templi. aperte ostendit
illos maioris ordinis esse sacerdotes qui in custodiis templi excubant. qui
profecto in altari quod interior est ministrant. hi autē qui ad altare quod ante faciē tē
pli est excubant tanto inferiores sunt quanto in exterioribus ministrant. Queren
dū igitur nobis est quisnam sacerdotes qui tēplū custodiunt. et qui ad ministeriū altaris
excubare prohibent. Magistri enim gentiū fidelibus scribens ait. Templū enim dei
sanctum est quod estis uos. Et iterum sacerdotes sunt qui templū dei custodiunt. nimirum orando
producendo spiritalibus actibus; uigilando sanctam ecclesiam a malignorum spiritū immissio
nibus; a pauorum suasionibus; atq; abhorrendorum erroribus; defendunt. An non custo
dit tēpli erat. qui laboris suę passionis enumerans dixit. In labore et erumpna. in
uigiliis multis. in fame et siti. in ieuniis multis. in frigore et nuditate.
atq; stati subdit. preter illa quę extrinsecus sunt instantia. mea cotidiana sollicitu
do omnium ecclesiarum. Pensate quso custos templi quanta sollicitudine uigilet.
Ecce enim in se ipso mestimabilia patitur. et cordis sui sollicitudinem aliis impar
tit. Cui igitur uirtutis est plus de utilitate proximorum quam de sua afflictione cogi
tare. Et si hoc digne estimet. quis digne penset. Laborat. luget. esurit. sitit.
algit. ieunat. uigilat. et tamen uigilando de ecclesiarum omnium sollicitudi
ne cogitat. Ecce est sollicitissimus custos templi in exemplo proposito. ut intelligat
quid ualeat. Aduersis etenim puritate patiatur. bona proximis impendere. circa
animarum sollicitudinem uigilare. ne quis impudicus. ne quis insuperbus. ne quis in
iniqua. Et in immundicia labatur exquirere. atq; expescere. hoc est templū
dei. id est sanctam ecclesiam custodire. Sed aut minoris ordinis sacerdotes. qui ad
ministeriū altaris excubant. quid uidet in adiutorio maiorum peccata delin